

1799.

1. Biermann, Carolus : *De legato generis secundum
Ius commune et communio. brandenburgica.*
2. Gilbert, Ludovicus Galloitus : *De natura consti-
tutionis et historicis mathesis principiis vel universi-
tatis (siehe Band 1792-1794)*
- 2^a. Meckel, Pet. Fr. d. Theat : *De consensu partium
corporis humani.*
3. Tiepunkt, Joannes Henricus : *Thes. I. Ethica Leibnitiana
sive de temporum conditione necessaria erat, si, quem
petiverunt finem attinere valuerunt II. Leibnitiana
scientia omnibus in rebus politicis i's audienda
jusitate magis praeceperit momenti, maximeque pre-
buerunt concursum.*
4. Walther, Johannes Christianus : *De fiduciis fidei assis-
tis nec non de differentiis inter fiduciassores ad ecc-
clesiam et iustitiam latibus.*

5 Follikus ab Altenklinge; Prepara: Sensus catarrus
1795

1. Roschholz, Carolus Venerius: De origine querelae
in afflictionis testamento.
2. Reit, James Christians: De locis in apoplexie affectio-
3. Schmutz, Sam. Kochin: De consensu partium.
4. Waller, James Christians: De eo quod iustum est in eche-
ritate prescriptum in legi summa competenter

1796.

1. Reit, James Christians: De locis in pleuristica
affectis
2. Wicke, Gustavus Ferdinandus: De impedimento na-
tivorum obconsanguinum latem et affinatum sec-
undum ius moscovium et Romanum.

1797.

1. Becker, Heinrich Cramer: Doctrina de varis chyl-
feris et lymphaticis primordia

1797

Krompach, Chr. A. Tolle : De jurebus in passione omnium
ad iuris naturae praeceptis et juri satis

Reib, L. Chorin : De oralis mutatione in internis

Sterling, Cas. Guid. Ludov. : An constantibus jam letariis
lystomis, ad ephio validè fieri possit?

1798.

Sprenzelius, Curtius : Analytica historica ad medicinam
Breviorum.

W.ere, Guid. Tertii : De jurebus et obligatibus monachis
cathollicis et sacre evangelicorum concordi, in specie
Iuris et opus successione ab interstatu

1799.

1. Hieronymus, Augustus Thielius : De conatu Idisquead.

2. Krausz, Janus Henricus Otto : De rationibus naturae
ac instante secundum ius Romanum.

DISSE^RTAT^O JURIS CANONICI
DE
JURIBUS
ET
OBLIGATIONIBUS
MONACHI CATHOLICI
AD
SACRA EVANGELICORUM CONVERSI,
IN SPECIE
QUODA
IPSIUS SUCCESSIONEM AB INTESTATO.

QUAM
P R A E S I D E
VIRO CONSULTISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
GUIL. FERDIN. WIESE,
JURIS UTRIUSQUE DOCTORE,
DIE III. JULII MDCCXCVIII.

P U B L I C E D E F E N D E T
A U C T O R
VALENTINUS REMMERT,
FULDANUS.

H A L A E,
IN OFFICINA EATHEANA.

1798
3152

8. 11.

BRUNNENFABRIK

V I R O

ILLUSTRISSIMO, ATQUE EXCELLENTISSIMO, DOMINO

DOMINO

L. B. DE MASSOW,

POTENTISSIMO BORUSSORUM REGI
IN CONCILIO SENATUS ET JUSTITIAE
SANCTIORI ADMINISTRO,
REGIARUM ACADEMIARUM CURATORI
SPLENDIDISSIMO ETC.

N E C N O N

PER ILLUSTRI DOMINO

DOMINO

L. B. DE BEIER,

POTENTISSIMO BORUSSORUM REGI, A CONSIL. INT.,
PRAESIDI REGIMINIS, QUOD THORUNI EST,
GRAVISSIMO ETC.

D U U M V I R I S

MERITIS IN REMPUBLICAM, DIGNITATE

E T

OMNI VIRTUTIS LAUDE CONSPICUIS,



STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

D. D. D.

MAGNORUM NOMINUM

DEVOTISSIMUS CULTOR

A U C T O R.

M

Habet sua quilibet status jura et obligationes, habet et sua *status monachorum*^{a)}, quae cum ipso incipiunt atque eo sublato pereunt. Monachus siquidem aequo ac miles, quocum saepe comparatur, legibus certis atque statutis vitae monasticae, uti miles certis militiae legibus, tenetur. Miles utpote, ex quo sacramentum solemne dixit, militiae subiacet, sic monachus per PROFESSIONEM RELIGIOSAM^{b)} ordinis imperio ac regulae suae subditus evadit, mundo seculo huic nequam, ut aiunt, feliciter subreptus sibi soli vivit, terrena non cu-

a) MONACHUS is est, qui ad *vitam religiosam* ex regula agendam solenniter obstrictus est. Hinc et RELIGIOSI abusive appellant, ac si portionem ceteris hominibus perfectiōnem profererentur. — Varii generis monachi dantur, inter quos notandi praeprimis sunt MENDICANTES, quorum talis est ratio, ut ne monasterium quidem dominii capax sit. Ceterum qui plura hac de re legere cupit, videat Ant. Dardin. ALTESERRAE Alceticon s. origines rei monasticae, recens. cura GLÜCKII Halis 1782. 8.

b) PROFESSIONE RELIGIOSA est promissio solemnis, qua monachus praestitis vitae monasticae votis ad regulam certi ordinis fervandam obstringitur. Valida non est, nisi anno aetatis XVI. completo, peractoque plene novitiatus anno, et libero ventis consensu facta sit, nec in praeciducium tertii vergat. CONC. TRID, sess. 25. de regular. C. 15.

rans et secularia, civiliter moritur, atque officium plangentis, non docentis aut laborantis, subit, servus redditur superiorum suorum per votum coecae illius, ut loquuntur, obedientiae, angelus per casitatis, et mendicus propter Christum per paupertatis sanctissimae votum. — Ast mittamus haec. Propositum est, de juribus et obligationibus monachi catholici, qui meliori spiritu ductus ad Sacra Evangelicorum conversus est, in specie quoad ipsius successionem ab intestato, pauca differere.

Jura igitur et obligationes monachi catholici ad sacra Evangelicorum conversi ex triplo po-
tissimum capite spectari omnino possunt; nimurum

- I. secundum juris naturae axiomata,
- II. secundum juris positivi germanici leges,
- III. in specie secundum jura utriusque ecclesiae in Imperio nostro Germanico receptae, ca-
tholicae scilicet et evangelicae.

I. PRINCIPIA JURIS NATURAE.

Monachos si ex capite juris naturae spectare velimus, „nonni sub hypothesi quaedam de iis definiri possunt,“ ut ait CL. NETTELBLADT^{c)}; pos-
sito igitur, ecclesiam in statu juris naturae confide-
ratam habere monachos, consequenter et legibus
atque statutis, quibus se dederunt, tenerentur.
„Quodsi itaque ponamus,“ ut pérgit idem CL. AU-
CTOR „regularē renuntiasse dominio per votum
paupertatis, ejus singularem obligationem esse,

c) Syst. elementar. jurisprud. natural. Lib. III. jurisprud.
ecclesiast. Tit. II. de regular. §. 947.

quod dominium adquirere et aliquid in dominio
habere nequeat, sive nec testari posse, juris na-
turalis est; liberam enim factam esse ejusmodi
renuntiationem, adeoque validam fore supponimus,
atque eam tamdiu quoque valere debere, quam-
diu vitam monasticam monachus profitetur; cui
enim quis semel renuntiavit, eidem pro omni
omnino tempore, quod vita scilicet monastica du-
rat, renuntiasse censetur. Ejusmodi igitur mona-
chus, si ad rempublicam ipsum retuleris, civiliter
revera mortuus est, atque omnibus omnino juribus
et obligationibus qua civis aut domini privatus
existit. Cum vero nemo mortalium, juris naturae
principiis aliquo modo imbutus, bonis suis cedere,
atque mendicantium more aliorum commiseratione
fretus, vitae suae alimenta ab aliis elemosynae loco
petere atque colligere juste possit, hinc, si ingenu-
fateamur, quod res est, data juris naturae hypothe-
sis defendi vix potest.

Quodsi igitur monachus tristem hanc, quam
degit, vitam denuo deferendo ad statum secularem
reversus fuerit, jura ejus et obligationes monasti-
cas statim cessare, atque pristina, quibus renun-
tiaverat, jura reviviscere per se patet, id quod jure
consulti *civitem* hominis ejusmodi *reviviscen-
tiam* appellant.

Verum et quid justum hac in re sit, si ad prin-
cipia juris nostri germanici rem dijudicemus, mox
dicendum.

II. PRINCIPIA JURIS POSITIVI GERMANICL.

Principia haec juris positivi germanici, quae
hac in quaestione adhiberi possunt, duplicitis denuo

generis sunt: vel enim sermo est de monachis ecclesiae catholicae, vel de iis, quos retinuere, tanquam antiquae imaginis umbras, Ecclesiae Protestantium. Hinc et principia vel sunt

- a) juris positivi Catholicorum, vel
- b) juris positivi Protestantum.

a) Jura Catholicorum.

Abundat sane ecclesia catholica ingentibus monachorum agminibus, quos suos, in Germania praeprinis, cohortes Pontifex Romanus fecit, et pro conservando nexus et unitate, ut aiunt, fidei tuenda vigiles sibi paravit. Varia licet sint ipsorum nomina, vestes, regulae atque statuta, in eo tamen omnes convenient, quod per solennem votorum nuncupationem terrena omnia a se removent, atque bonis suis in seculo possessis renuntiant, adeo ut „ex rite peracta professione religiosa“, ut ait CL. BOEHMER^{d)}, „reciproca quedam monachum inter et monasterium obligatio nascatur, qualis ex natura Congregationis est inter ipsum et membra ejus.“ Monachus siquidem, monasterii regulas atque statuta sua facere, atque si monasterium acquisitionis capax est, ut ab abbatis, omnia non sibi, sed monasterio^{e)} adquirere velle pollicetur; sin vero ex ordinis regula dominii incapax est, ut Coetus mendicantium,

d) Princ. jur. Can. Lib. III. Sect. III. de regular. et monach. §. 423.

e) Hinc natum est tritum illud: Quidquid adquiritur monacho, adquiritur monasterio. Hinc et jure communi monachis jus succedendi competit L. 56. C. de episc. et Cleric. quod tamen ipsis ex observantia particulari negatur. Van Espen J. E. Tom. I. pag. 276.

simplici rerum, quibus frueretur, usu adquiescere velle: quo facto, verba sunt CL. KOCHII^{f)} „pro omnino civiliter mortuo habetur, qui successionis hereditariae incapax est: non vero omnino civiliter mortuus in successionis materia reputatur monachus tali ordini religioso adscriptus, qui capax successionis est: quamvis enim monachus propter votum paupertatis non sit hereditatis eo effectu capax, ut illam sibi adquirat, monasterium tamen, quod ingressus est, quodque bonorum capax existit, hereditatem monacho delatam adquirit ex persona monachi, eodem jure, ac si hic in seculo, ut aiunt, remansisset^{g)}, eundem fere in mo-

f) Tract. de success. ab intest. §. 20, not. C. sqq.

g) Habemus celebre hac de re exemplum publici juris factum in den neuwesten Religionsbegebenheiten I. Jahrgangs I. St. in Joh. Andr. GERSTLACHERO, Canonico olim regulari in Praepositura Beyerbergensi in Bavaria, qui anno aetatis suae XIV. ordinem Canonicorum regularium sancti Augustini ingressus atque anno frequenti solennia in eo ordine voti professus est, verum aetatis sua anno XXVII., monasterium defrui atque in Ducatu Württembergico ecclesiae Lutheranae fidei dedit. Elapsis ex post annis 15. atque utroque parentum suorum in Bavaria, qui ab intreto deceperant, privatus, integrum ipsius patrimonium 45000 florinorum supra citatum monasterium ipsi praeripuit. Pluribus hac super re iteris a Regimine Württembergico ad Regimen Electorale Bavarium frustra datis; atque intercedente praesprimis Badensi Markgräfio, a cuius consilii intimis erat filius supradicti Joh. Andr. GERSTLACHERI, res haec speciali civitati Commissioni demandata atque poti plurima fata ad Corpus tandem Evangelicorum delata est. Verum anno 1771. monasterium praedictum a Regimine Bavario ab infante solutum in hereditatis possessione permanxit. — Res haec licet magni momenti, composita tamen atque expediti nondum juris facta est. Plura hac de re narrat WALDECK in den litterarischen Annalen der Rechtsgelehrsamkeit I. Bd. Conf. perro Car. Frid. GERSTLACHER Untersuchung, ob ein catholischer Ordensgeistlicher, wann er mit Verlassung des Ordens zur evangelischen Kirche getreten, erblichsfähig sey? Carlsruhe 1711.

dum, quo jure romano h) servi heredes instituti capaces sunt hereditatis ex persona domini: sicut enim hi adquirebant domino, ita monachi hereditatem delatam, sive ex testamento, sive ab intestato, adquirunt monasterio, successionis puta, ut antea diximus, capaci.»

Obligatio porro haec perpetuo manendi in statu monastico, juris mere positivi est, adeo quidem, ut, si ordinem suum non deseruerit monachus, vinculum illud in professione religiosa nexum ipsum inter et monasterium continuo existat; quodsi vero, prout idipsum subinde jam factum esse scimus i), per dispensationem Pontificis k), monachorum quis ab ordine solveretur, certe anterius sua, quibus renuntiaverat, jura et obligaciones eo ipso reciperet, adeoque etiam successionis ab intestato capax denuo redderetur. — Jam

h) §. 3. Inst. per quas personas.

i) In favorem Episcopi Josephi Carafae in Italia, ut unum e pluribus afferam. Vid. WALDECK I. c.

k) Num et Archiepiscopi et Episcopi respectu monachorum et monialium diocesium siliarum idem conari non possint, non video. Consentit inter alios Pet. MÜLLER Diff. hist. de subiecto prelatris dispensandi circa vota monastica. Moguntiae 1791. Fecit falso Archiepiscopus Moguntinus respectu plurium monachorum archidiocesos sua.

Sed quid? — Si totus ordo, Jesuitarum v. g., a Pontifice extinguitur, an et runc monachi pristina denuo jura et obligations recipiant? Affirmat WÜNSCHMIDT Diff. de successionali in hered. patern. monasterio suppresso. Erfordiae 1783. — Porro num ingens modo exultum e Gallia monachorum et monialium cohors pristina sua, quibus ceferant in professione religiosa, jura recipiunt? — Mea saltem sententia omni jure ea recipiunt, cum tacita Pontificis dispensatio supponi, arque status praeprimis monasticus, saltem respectu plurium iporum, qui congregationibus sui ordinis extra Galliam incorporari non potuerunt, cessare debuit.

quid jura positiva Germanico - Protestantium
hac de re statuant, videamus.

b) Jura Protestantum.

„Vitae religiosae institutum“ ut verbis CR.
BOEHMERI¹⁾ utar, „inter Evangelicos non sublatum prorsus, sed reformatum ac redactum est ad principia Aug. Conf.^{m)}. Emendatis hinc inde regulis antiquis, sublata sunt vota, sublatum est ordinum discrimen, sublata est hierarchia monastica. Supersunt congregations ecclesiasticas eorum adhuc, qui ad vitam communem religiosam ex regula agendum, nullis praestitis votis obstricti, quasi regulares sunt, et conventuales dicuntur. Jura vero et obligationes singularum congregacionum ex utroque sexu sub directione abbatisⁿ⁾ vel abbatissae consociatarum particularibus nonnulli statutis, consuetudinibus et observantia definitur. Subsistit inter eos quidem obligatio ad castitatem eti obedientiam, sed salva semper manet ipsorum libertas, praevia resignatione ad vitam secularem redeundi, et de bonis propriis pro lubitu disponendi, nisi et haec facultas observantia quadam atque specialibus statutis ademta sit. Ejusmodi igitur Conventuales, cum veri monachi aut monialis qualitates non habeant, nullis utpote votis,

1) Princ. Jur. Can. §. 430. l. c.

m) Aug. Conf. art. XXVII. von Klostergründen.

n) In quibusdam ejusmodi congregacionibus abbati licet inire matrimonium; conventuales vero coelibatus lege tenentur! --- nova et vetera! ---

quae Ecclesiae Protestantum ignorant, obstricti, jura sua anteriora et obligationes quoad essentiam non amittunt, licet in iurium ejusmodi et obligationum usu hinc inde limitentur; adeoque et quaeftio, num jura et obligationes eorum per ingressum in congregations ejusmodi salva manent, nec ne, moveri de iis omnino nequit, aut mota solvi faltem facillime potest.

Restat nunc solum, ut, quid secundum jura utriusque in Imp. Germ. receptae ecclesiae principia hac super re statuendum sit, inquiratur.

III. JURA UTRIUSQUE ECCLESIAE CATHOLICAE ET EVANGELICAE.

Jura et obligationes circa exercitium religionis catholicae et evangelicae per *Pacem Religiosam* et *Westphalicam*^{o)} in Germania definiuntur, harum obligatio universalis est, et ad politicos aequae ac ecclesiasticos pertinet ^{p)}, et per eam derogatum est juri cuiuscunq; anteriori, canonico et civili, datum est insuper pace religiosa *augustanae confessioni* addictis idem ac catholicis liberum religionis exercitium per Imp. Rom. Germ.^{q)}, idque in pace Westphalica^{r)}

^{o)} *J. P. O.* art. V. §. 1. et art. XVII. §. 2.

^{p)} Miror sane in supra allegata lite *GERSTLACHERIANA* a Bavariis catholicis oportuit esse, pacem Westphalicam monachos non complecti. Vid. WALDECK loc. cit. pag. 183. Cum tamen art. XVII. §. 3. ejusdem pacis exprefse dicatur: „Contra hanc transactionem ullumve ejus articulum aut clausulam nulla iura canonica et civilia, --- nullae religioforum ordinum regulae, aut exemptiones, sive praeteriti, sive futuri temporis --- allegentur, audiuntur aut admittantur.”

^{q)} *Pax Relig.* de a. 1555. §. 15. 16. 25.

^{r)} *J. P. O.* art. VII. §. 1.

declaratum ita est, ut, quidquid juris religionis intuitu *Catholicis* et *Aug. Conf.* addictis statibus et subditis per leges imperii tributum est, id etiam iis, qui inter hos *Reformati* vocantur, competere debeat. Utraque igitur religio *catholic*a et *evangelico-Lutherana* et *Reformat*a aequali jure per imperium Rom. *recepta* est atque *approbat*a^s). *Jura* porro utriusque religionis ex pace Rel. et Westph. sunt *aequalia*, adeoque inter ordines imperii utriusque religionis *mutua* et *exacta aequalitas* intercedit, ut, *quod uni justum est, alteri quoque justum esse debeat*, nisi jus praecipuum ex ipsis legibus publicis descendat^t). Utriusque praeterea religionis subditi iisdem juribus fruantur et aequali iustitia atque protectione gaudent^u). Hinc sive catholic, sive Aug. Conf. addicti, nullibi ob religionem despiciuntur aut jura eis neganda sunt, quae haereticis alioquin negata fuere^v.

Utriusque religionis exercitium liberum esse debet, id est, immune ab omni vi, coactione et turbatione^w). Hinc salva manet cuilibet facultas, *alterutram religionem* suo conscientiae judicio *profitendi*, eamque sine jurium dispensio *mutandi*, excepto unico casu et reservato, qui ecclesiasticas nonnisi personas concernit, juxta

^s) *Pax Rel.* §. 17. et *J. P. O.* art. VII. §. 2.

^t) *J. P. O.* art. V. §. 1. et 35.

^u) *J. P. O.* art. V. §. 35.

^v) *J. P. O.* l. c. §. 35.

^w) *J. P. O.* art. V. §. 1. et 31.

J. P. O. Art. V. §. 15. ^{x)}). Nemini igitur religionis intuitu et pro ea deferenda vis aut metus, laesiones vel alia incommoda inferantur ^{y)}, nec alteratri religioni addictis quidquam injungendum vel imperandum est, quod confessio ni aut conscientiae repugnat ^{z)}.

Quodsi nunc generalia haec *Pacis Religiosae* et *Westphalicae*, legum utpote Imperii germanici fundamentalium, principia uno quasi obtutu perspiciantur, sequitur, monachum catholicum, quodsi ad sacra evangelicorum transferit, in pristinum statum respectu jurum suorum et obligationum, quibus in professione religiosa solenniter renunciaverat, restitui, atque cum *Ang. Conf.* ^{a)}) religio protestantium vota monastica plane ignoret, monachum ejusmodi conversum mutata religione catholica in protestanticam jura anterius merito obtinere debere patet.

Pari modo, cum vi *Pacis Osn.* ^{b)} jura catholicorum et evangelicorum aequalia sint ^{c)}, ita ut, quod uni justum, et alteri justum esse debeat,

^{x)} „Si igitur catholicus Archiepiscopus, Episcopus aut Praelatus, (idem obtinet de canonice, parochie aliisque personis ecclesiasticum aliquod beneficium habentibus) religionem impotenter muraverint, excidant illi statum suo jure, honore tamen famaque illibatis, fruenterque et reditus circa moram et exceptionem cedant.“ Id quo Canonistas *Reservatum ecclesiasticum* appellant.

^{y)} *J. P. O.* art. V. §. 34.

^{z)} *J. P. O.* art. V. §. 48.

^{a)} *Ang. Conf.* art. 27.

^{b)} *J. P. O.* art. V. §. 1. et 35.

^{c)} Cfr. SCHMELZER Diss. de exacta aequalitate inter utriusque relig. confites, Göttingae 1785.

sequitur ex his omnibus, monachum catholicum ad sacra evangelicorum conversum jura et obligaciones, quibus in professione religiosa renuntiaverat, denouo recipere, adeoque et jus succedendi ab intestato salvum ipsi manere ^{d)}). Adeoque, licet plura hanc in rem disputationi possent, pro temporis tenuitate pauca haec dixisse sufficiat.

d) Cfr. Cl. KÖCCHI Tract. de Success. ab intest. §. 20. not. c) Sapienter id ipsum sanxerunt in adolescentia modo Republica Romana quatuor illi Directorii Francogallorum commissarii in speciali hac de re proclamata constitutione die XI. Maii anni currentis. En verba praeclera et libertatis principiis omnino conformia:

Art. III. „Da das Gesetz keine religiösen Gelübde anerkennt, so kann niemand gehindert werden, das Mönchsein zu verlassen und wieder zur menschlichen Gemeinschaft zurückzukehren.“

Art. IV. „Die Mönche und Nonnen, welche sich des im vorhergehenden Artikel ihnen zuerkannten Rechts bedienen, sind eben so erbschaftsfähig, als ob sie nie ein Gelöbnis geleistet hätten.“

Art. V. „Da kein Gesetz eine zurückwirkende Kraft haben kann, so ist die Verfügung des vorigen Artikels bloß auf diejenigen Erbfolgen eingeschränkt, welche sich erst nach dem Austritte der Religiösen aus den Klöstern ereignen.“ Legatur D. POSSELT neueste Weltkunde 9. Juni 1793. Band II. nro. 160, Art. Röm. Republik.

Caeterum extat quoque differtatio quaedam contraria tenens sententiam, FERDIN. KLOTTEN (Franciscani) disp. de eo, quod circa successionem hereditarianam et feudalem desertorum instituti religiosi ex omni lege justum est. Lauteraci (prope Fulda) 1770. 4. Verum pro aris et focis auctorem scripsisse atque mortem praeprimis **civilem** monachi plus justo urgere scio.

Ingenuorum pariter ac eruditorum juvenum Nomina,
qui opponentium vices suscepserunt, sunt:

Gottl. Frid. Helmuth Fromm, Priegnitus.

Henr. Cramerus, Guestphalus.

Joh. Steph. Jericho, Magdeburgicus.

Joh. Georg. Kölderer, Hungarus.

halle, Diss., 1795/1800



Sl.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DISSERTATIO JURIS CANONICI

DE
JURIBUS

ET

OBLIGATIONIBUS MONACHI CATHOLICI

AD

SACRA EVANGELICORUM CONVERSI,

IN SPECIE

QUOD

IPSIUS SUCCESSIONEM AB INTESTATO.

QUAM

P R A E S I D E

VIRO CONSULTISSIMO ATQUE DOCTISSIMO

GUIL. FERDIN. WIESE,

JURIS UTRIUSQUE DOCTORE,

DIE III. JULII MDCCXCVIII.

P U B L I C E D E F E N D E T

A U C T O R

V A L E N T I N U S R E M M E R T ,

F U L D A N U S .

H A L A E ,

I N O F F I C I N A E A T H E A N A .

